

FK. 134  
78

X 186 2090

II h  
235

*Varia ex antiquitate iudaea et  
gentili de baculis*

Q. F. F. E. S. S. J. E. D!

Ad

# BACULOS

ADMIRANDÆ VIRTUTIS,  
ACTU ORATORIO,

d. 29, Junij. Anno R. S. M. DC. IC.  
brevis horulae spatio  
delineandos

SPECTATISSIMOS NOBILISSIMOSq;  
MUSARUM CHEMNICENSIVM  
PRAESTITES, PATRONOS  
FAVORE Sq;

*ut accedere velint frequentes fauentesq;*  
vocat, orat

*submisso venerationis cultu*

M. GODOFREDUS SCHULZIUS,  
RECTOR.

E Chalcographeo Staesseliano.







Ultum audaciæ mihi fumo, dum ad baculos VOS, Musarum PATRONI SPECTATISSIMI, in Scholam voco, petiturus ex iis differendi materiam. Verendum certè mihi, ne bilem VOBIS moveam, ut justo in me exardescatis animi fervore. Quid enim VOBIS afferant voluptatis ea, quæ multorum à teneris pueritiæ annis excruciarunt animos, semperq; sollicitarunt? Licet sint virgæ baculiq; ineuntis ætatis nostræ præsentissima remedia, quoniam regunt corriguntq; mores & actiones puerorum; nescio tamen, quæ fiat, ut, quod, ex Sapientum iudicio, saluti est, in ulcere velut unguis existat. Illud fatendum mihi, à plagosis Orbiliis tantum fastidii rei salutaris provocari, ut, quæ disciplinæ rationem habent, omnes respuant & averfentur. Sicut enim herbæ, quibus corporis valetudo debetur integerrima, si omnibus admisceantur cibis & quotidiè infarciuntur, magis evertunt, quam confirmant hominis salutem: Sic res ad disciplinam pertinentes pesfundare magis sæpenumero quam augere possunt doctrinam, si modum aut excedant, aut in necessariis deficient. Eò res recidit, ut, nisi quæ infligant incutiantq;, docere se non posse quidam existiment; quasi verò ad incudem, mallei in morem, iterum iterumq; tundendo feriendoq; res omnis fingenda sit atq; formanda. Soli Phryges atq; Paphlagones sapiunt plagis. Quibus solertioris ingenii viget industria, artium ducuntur amore, ingenio bonitatis trahuntur, virtute ad studium rei per se honore dignæ invitantur. Quæ extorquentur, malè respondent omnia. Neq; carent odio. Qui enim amarescunt ejusmodi exacerbationibus, non levem animo concipiunt iram, quamvis ignarissimi non sint, se suâ culpâ malum attraxisse. Verum facefiant illi, quæ lævire baculis consuevere, atq; in suâ gloriantur atrocitate. Instrumentum illud licet emendandæ proterviæ datum viris Scholasticis atq; Parentibus; haud quaquam tamen arundineo illo tam nituntur scipione, quam rectè agendi, regendi providendiq; virtute. Nihil igitur, MECÆNAS ac FAULTOR Colende, ab istis TIBI nascatur tædii. Si enim ad inferiora illa descenderem, subvererer, ne cum Goliatho fremebundus rogites: Egone canis sum, quem baculis adeas excipiasq;? Verum stomachari noli: infra Dignitatem Tuam hæc esse, optimè novi: ad graviora adducatur animus. Neq; enim TE fugit, quantum abstrusæ & reconditæ sapientiæ hæreat in baculis. Si ex veterum recentiorumq; historiâ vellem repetere, hujus angustia paginæ universam Baculorum doctrinam vel justis voluminibus exprimendam non caperet. In arctum igitur contraham. Placet autem delibare pauca prius ex *ραβδομαντείας* adytis, quæ à Chaldæis, Medis, Græcis, Romanis Germanisq; tantum venerationis laudisq; tulit, ut arcanæ cujusdam Philosophiæ fontes illi aperiendi sint, si quis destinaret animo persequi eam disciplinam. Paucis rem auspico à Sacris. Insigniora verò Condicis Sacri loca excerpo duo, quibus *βελομαντεία*, *ξύλομαντεία* & *ραβδομαντεία* clare demonstrantur. Alter Ezech. 21. v. 21. habetur, quo in loco, Stabit Rex Babylonis, inquit Dominus, in capite duarum viarum, divinationem quærens & sagittas commiscens (en  
Tibi



„Tibi *βελομαντεία!*) interrogabit Idola. Alter locus est Oseæ. 4. c. v. 12. in quo  
 „graviter perstringit Ebræos Dominus: Populus meus lignum suum consulit  
 „& à baculo petit futurorum cognitionem. Ecquod evidentius dari posset  
 testimonium, *ξύλομαντείας ἢ ραβδομαντείας* studium etiam viguisse in populo  
 DEI. Aut enim imagunculâ utebantur in baculo, quæ ipsum Cacodæmona  
 præferebat, aut in baculo circumgestabant ipso, aut simulacrum ejus ex ba-  
 culo seu stipite factum erat, quo tanquam scipione innitebantur, aut fallax  
 Propheta, à quo haud aliter atq; cæcus à scipione pendebant, præstigiis suis  
 eos capiebat, aut *ραβδομαντεία* usi sunt, quæ Orientalibus curæ cordiq; fuit.  
 Diffunderem hîc stylum, nisi me profana hortarentur, ut summam percen-  
 serem. Sortes captaverunt olim ex virgulis Chaldæi. Scholiastes enim Ni-  
 candri ex Dione: *μάγοι καὶ Σκυθαὶ μυρικήνῃ μαντεύονται ξύλῳ, καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς*  
*τόποις ραβδοῖς μαντεύονται.* Per hos Magos intelligi Chaldæos, quis ambigat?  
 Neq; minus addicti fuere Medi, quorum imperium tangebant Scythæ, qui-  
 bus primum baculorum magicum usum perquam multi tribuunt, ex Hero-  
 doti l. 4. fidem facturi. Nos rem quidem largimur, sed autores non agnosci-  
 mus Scythas. De Alanis, Scytharum parte Ammianus ait: Futura miro præ-  
 sagiunt modo. Nam rectiores virgas fœminæ colligentes, easq; cum incan-  
 tamentis quibusdam secretis præstituto tempore discernentes, apertè, quid  
 portendatur, norunt. Ad Slavos, Scytharum vicinos hunc manasse morem,  
 testem allegamus Adamum Bremensem. A Slavis in Germanos profecta ista  
 notitia, teste Tacito. Sortium, hic inquit, consuetudo simplex. Virgam fru-  
 giferæ arbori decisam in furculos amputant, eosq; notis quibusdam discretos  
 super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. Mox si publicè con-  
 sulatur, sacerdos civitatis; si privatim, ipse pater, familiæ precatus DEOS,  
 cœlumq; suspiciens ter singulos, sublato secundum impressam ante notam  
 interpretatur. (\*) Si verò, quod res est, dicam, in propatulo est, Rhabdoman-  
 ticum ritum, Diaboli *κακοζήλεια*, ab Ægyptiis ad Chaldæos, Medos Scythasq;  
 demum & ad Germanos devolutum. Nam æmulandi studium mirifice traxit  
 gentiles, cum observarent, in peculio DEI præcipuâ florere aliquos felicitate  
 servatâ peculiari ratione, cujus autor DEUS extiterat. Quidni ergo à San-  
 ctorum baculis liceat derivare Rhabdomantici studii initia? Ad gentiles manasse  
 famam rerum à Viris DEI gestarum, nemo dubitat; quum, quæ in mirandis  
 ponantur & ad augendâ amplificandâq; fortis incrementa pertineant, nos  
 tantis alluciant curis, ut iis comparandis dies noctesq; invigilemus. Exemplo  
 Jacobi varios inserentis baculos aquæ ductibus, fœcunditatis ad nutum suum  
 juvandæ causâ, quis nollet in eam sententiam adduci, multos invitatos fuisse,  
 ut baculis illis rimandis lustrandisq; majorem darent operam? Fuere enim  
 ex illis, qui Ecclesiæ professi nomen, qui ad naturæ causas perquirendas ap-  
 plicant animum: aliis contra curæ est, pervestigare altissimos Sapientiæ  
 DEI fontes, quorum profunditas tantum stuporis injicit contemplantibus,  
 ut cum Paulo clamitent: O quam profundissima est tam sapientiæ  
 DEI abyssus, quam cognitionis. Nam licet populus, styrax, amygdala, pla-  
 tanus & castanea non alios producant baculos, quam quibus naturâ impres-  
 sit vim agendi ex facultate naturæ; Summus tamen rerum Opifex ad eam na-  
 turæ vim se non adstrinxit, ut majora ex minoribus non possit producere.  
 Excerpsit potius aliqua leviora, quibus à vulgari virtus distingvatur admi-  
 randa. Sapere mihi recte videntur, qui naturæ vires suspicientes admiran-  
 tur DEI dextram, quæ stupendæ virtutis edit opera, quæ nec industria, nec  
 sapientissimi potest explanare sagacitas. Quamvis verò hos baculos Jacobi  
 late per orbem circumgestarit ingeniorum solertia; magis tamen excitatos  
 fuisse dicere mallet gentiles admirando Mosis baculo. Cum enim comperi-  
 rent, coram Pharaone, Rege Ægypti Mosen baculo in edendis prodigiis mi-  
 raculisq; usum fuisse, ut modo in angvem transformata fuerit virga, modo

(\*) vid. Gronovius & Kirchmayerus in Tacit. de moribus Germanorum.



FA Th 235


ea in cruorem converterit aquas, modo ranarum produxerit agmina, modo pediculatorum dederit examina, ut praestigiarum Magistri imitari studentes vilissimo animalculo confusi, postea vero ulceribus mire fuerint excruciatum; tantos aculeos defixit in animis unius virtus, ut specimen praebuerit virtutis illius exemplo exprimenda. Misit aliis Erythraei maris & petrae percussae miraculis, haec insignis ac vere excellens baculi Mosis fama adeo convalluit, ut omnium teneret animos, nullibi vero exolesceret, dum provocaret quorundam industriam, ut artis indueret nomen, si quis rem baculo definirer & de baculo proferret oracula. Verum quam late exierit baculi Mosis rumor, multo tamen latius se diffudit per universum orbem, qui Aaroni, Summo Gentis Ebraeae Sacerdoti adsignabatur, baculus. Virgam quidem suo valentem virore vulgus Interpretum reddit; sed quia viatoris erat sustentaculum, cui incumbere, haud flexilis virga; *πάβδος* potius (*ἢ ῥᾶον βαδίζειν*) seu scipio fuerit, qui expeditiori inserviret incessui levaretque; per lubrica ac praecipitia euntem. Crassior ergo, non gracilis; durior, non viridis; robustior, non mollis fuisse videtur. Neque vero fustis formam habuit, sed scipionis aut baculi elegantioris, quo Ebraeorum utebantur Principes ad dignitatem, severitatem curarumque; gravitatem, sceptri loco, significandam. Quam aridus vero, quamque; retorridus erat & multo temporis usu tritus manibus; ea tamen ariditate non erat exsiccatum, ut Deus vigorem viroremque; ei inspirare non potuerit. Congestis enim & sepositis omnibus ad arcam Testimonii, una & eadem nocte flore indutus, praetulit virorem & fructus Amygdalinos. (Varias, si placet, lege sententias Dieterici in Antiquitatibus Biblicis T. I. p. m. 534.) Eat Mercurius, eat Circe, ac glorientur in virtute baculi sui. Imbecillior sit, verius nulla omnis illorum virtus. Vanis & magicis lusibus imposuere simpliciorum mentibus, ut admirationi dederint, quod mendacio simillimum. Sed Aaronis baculus, sublatus in omnium oculis, tantae venerationis est miraculum, ut Principes admirentur & omnis obstupescat populus. Multo uberius baculorum ex historia daretur copia, quoniam vero his exprimendis defuit otium, & ad haec

Pluribus intentus minor est ad singula sensus, manum ego de tabula. At Meis facio in iis periclitandi ingenii vires copiam. Quos enim velut aridos accepimus, hos Tibi sistimus quodam quasi flore & fructu vestitos. Surgant autem prompta memoria recitaturi

- I. Carolus Wilhelmus Wesse/Lüben. Lusat. Prologi loco dictum Osea 4. v. 12. illustrans.
- II. Christianus Beyerus, Chemnic. Misn. Jacobi Baculos,
- III. Godofredus Christianus Otto, Hormersd. Misn. Mosis Baculum,
- IV. Christianus Traugott Hübler / Chemnic. Misn. Aaronis Baculum, demonstraturus omnes tres admirandae fuisse virtutis, & denique;
- V. Gottlieb Plänckner / Chem. Misn. ex Numer XXI, 18. Germanico brevi carmine finem actui imponens.

VOS itaque; Patroni Inspectoresque; quos Virtutis Baculos Deus constituit, oro obtestorque; ut Juventutem, Baculi instar, surgentem Nobiscum excite-

tis, erigatis, confirmeris, inculcantes illi semper illud  
Oraculi: *Ἄνευ ξύλων μὴ βαδίζετε.*



hcn

110







media, quoniam  
 men, qui fiat, ut  
 existat. Illud  
 ris provocari, ut  
 sentur. Sicut e  
 si omnibus adm  
 confirmant hon  
 magis sapenur  
 dant, aut in nec  
 tiantque; docere  
 lei in morem, i  
 atque formanda.  
 lertioris ingeni  
 trahuntur, virtu  
 torquentur, ma  
 scunt ejusmodi  
 vis ignarissimi  
 qui scire bacu  
 tum illud licet e  
 haud quaquam  
 gendi, regendi  
 TOR Colende,  
 scenderem, subv  
 sum, quem bacu  
 tem Tuam hanc  
 enim TE fugit,  
 Si ex veterum r  
 nae universam B  
 non caperet.

prius ex *ραβδομα*  
 manisque; tantum  
 fontes illi aperic  
 Paucis rem auspicio a Sacris. Intigniora vero Condicis Sacri loca excerpo  
 duo, quibus *βελομαντεία*, *ξυλομαντεία* η *ραβδομαντεία* clare demonstrantur. Al  
 „ster Ezech, 21. v. 21. habetur, quo in loco, Stabit Rex Babylonis, inquit Dominus,  
 „in capite duarum viarum, divinationem quaerens & sagittas commiscens (en  
 Tibi



mo, dum ad baculos VOS,  
 I SPECTATISSIMI, in  
 s ex iis differendi materi  
 nihi, ne bilem VOBIS mo  
 xardescatis animi fervore,  
 ferant voluptatis ea, quae  
 eritiae annis excruciarunt  
 itarunt? Licet sint virgae  
 nostrae praesentissima re  
 ones puerorum; nescio ta  
 est, in ulcere velut unguis  
 tantum fastidii rei saluta  
 , omnes respuant & aver  
 do debetur integerrima,  
 tur, magis evertunt, quam  
 m pertinentes pesfundare  
 inam, si modum aut exce  
 t, nisi quae infligant incu  
 vasi vero ad incudem, mal  
 que; res omnis fingenda sit  
 piunt plagis. Quibus so  
 amore, ingenio bonitatis  
 ignae invitantur. Quae ex  
 t odio. Qui enim amare  
 o concipiunt iram, quam  
 sisse. Verum facessant illi,  
 ar atrocitate. Instrumen  
 cholasticis atque Parentibus;  
 r scipione, quam recte a  
 , MECENAS ac FAU  
 enim ad inferiora illa de  
 dus rogites: Egone canis  
 chari noli: infra Dignita  
 dducatur animus. Neque  
 pientiae hareat in baculis.  
 tere, hujus angustia pagi  
 luminibus exprimendam  
 cet autem delibare pauca  
 dis, Graecis, Romanis Ger  
 nae cujusdam Philosophiae  
 persequi eam disciplinam.